

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Coloniae Agrippinae, 1622**

Oratio I.

[urn:nbn:de:bsz:31-116541](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116541)

M. TVLLII CICE-  
RONIS PRO P. QVINCTIO,  
ORATIO I

- 1 **Q**VAEres in ciuitate dua plurimum possunt ea contra nos amba faciunt in hoc tempore, summa gratia, & eloquentia: quarum alteram, C. Aquili, verer, alteram metuo, eloquentia Q. Hortensij ne me dicendo impediatur, nonnihil commoueor: gratia Sex. Neuij, ne P. Quinctio noceat, id verò non mediocriter perisimul, neq; hoc tantopere querendum, rediretur, haec summa in illis esse, si in nobis essent saltem mediocria, verum ita se res habet, vt ego, qui neque vsu satù, & ingenio parum possum, cum patrono disertissimo comparer, P. Quinctius, cui tenues opes, nulla facultates, exigua amicorum copia sunt, cum
- 2 3 aduersario gratissimò contendat. \* Illud quoq; nobis accedit incommodum, quod M. Iunius, qui hanc causam, Aquili, aliquoties apud te egit, homo & in alijs causis exercitatus, & in hac multum & saepe versatus, hoc tempore abest, noua legatione impeditus: & ad me ventum est, qui vt summa haberem cetera, temporis quidem certe vix satis habui, vt rem tantam, tot controuersis implicatam, possem
- 4 cognoscere. \* ita, quod mihi consuevit in ceteris causis esse adiumento, id quoque in hac causa deficit: nam quod minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparauì: quae quanta sit, nisi tempus, & spatium



ORATIO

*adversus*  
 rius. famam. fortunaque defendam. priore loco causam dicere: cum praesertim Qu. Hortensius, qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet, contra me sit dicturus, cui summam copiam facultatemque dicendi natura largita est: ut a sit, ut ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam. cum id facere cogar, cum etiam telum aduersarius nullum iecerit: Illud autem id tempus impugnandi detur. cum & vitandi illorum impetu potestas ademta nobis erit, & si qua in re, id quod parati sunt facere falsum crimen. quasi venenatum aliquod telum, iecerint, medicina faciendae locus non erit. id accidit praetorū iniquitate, & iniuria: primum, quod contra omnium consuetudinem iudicium prius de probro, quam de re, malum fieri: deinde, quod ita constituit id ipsum iudicium, ut reus, antequam verbum accusatoris audisset, causam dicere cogeret. quod eorum gratia, & potentia factum est, qui, quasi sua res, aut honos agatur, ita diligenter Sex. Neuij studio & cupiditati morem gerunt, & in eiusmodi rebus opes suas experiuntur, in quibus, quod plus propter virtutem nobilitatemque possunt, eo minus, quantum possint, debent ostendere. IO  
 Cum tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus in tuam C. Aquili fidelem, veritatem, misericordiam Quintus confugerit, cum adhuc ei propter vim aduersariorum non ius par, non agendi potestas eade, non magistratus aequus reperiri potuerit: cum eius summam per iniuriam omnia inimica atque infesta fuerint: te, C. Aquili, vosque, qui in consilio adestis, orat atque obsecrat, ut multis iniurijs iactatam atque agitatam aequitatem, in hoc tandem loco consistere, & confirma-

*Captatio benevolentiae*

*summa*

*non hinc reus in re  
 consilij officium*

*adversus  
 ad hunc*

*ad hunc*

*non a reus*

aduersus PRO P.  
 patri patiamini. \* id  
 operi, ut a pro  
 fit, cognoscit  
 frater, sane  
 dem, & atterit  
 qui societatem  
 ruit quere non ita  
 cia illi patris fami  
 ingentem: nam neq  
 tem, neq. nihil  
 quod ergo officium  
 debetis, poterit illi  
 in que iam conuul  
 dicit: est, quare q  
 gere, nihil erit, non  
 paucis fructu: sicut  
 ac familiaris aut  
 rum rem, que in G  
 curatio amica, &  
 illis aequitate ab  
 cibus in Gallia No  
 metra multum loc  
 tulo quod non sio  
 quam neque quid  
 lit, medietate  
 mirum, si, quod  
 que fuerit, magis  
 ber culu band me  
 terat, ad se in pro  
 re ita diligenter  
 tatem gerent

## adiuncti PROP. QVINCTIO.

\* id quo facilius facere possitis dabo  
 operā, vt à principio res, quæ admodū gesta & cōtracta  
 sit, cognoscatur. C. Quinctius fuit. P. Quinctij huius, *de iurib. C.*  
 frater, sanè ceterarum rerum pater familias & pruden- *et de Neuius*  
 dens, & attentus, vna in re paulò minus cōsideratus,  
 qui societatem cum Sex. Neuiio fecerit, viro bono, ve-  
 runtamen non ita instituto, vt iura societatis, & offi-  
 cia certis patris familias nosse posset: non quo ei deesset  
 ingenium: (nam neq; parum facetus scurra Sex. Ne-  
 uius, neq; inhumanus præco est vnquā existimatus)  
 quid ergo est? cum ei natura nihil melius, quam vocē  
 dedisset pater nihil præter libertatem reliquisset, vocē  
 in quaestum contulit, libertate vsus est, quo impunius  
 ducax esset. \* quare, quod socium tibi cum velles adū- *alios potest*  
 gere, nihil erat, nisi vt in tua pecunia condisceret, qui *indere*  
 pecunia fructus esset: tamen inductus consuetudine, *12*  
 ac familiaritate Quinctius fecit, vt dixi societate ear-  
 um rerum, quæ in Gallia comparabantur erat ei pe- *com*  
 cunaria res ampla, & rustica sanè bene culta, & fru-  
 ctuosa tollitur ab atrijs Licinjs, atque à præconum  
 cōfessu in Gallia Neuius, & alpes vsq; trāsiretur. fit  
magna mutatio loci, non ingenij: nā qui ab adolescē-  
tulo quaestum sibi instituisset sine impendio, postea-  
quam nescio quid impendit, & in commune contu-  
lit, mediocri quaestui contentus esse non poterat: \* nec *13*  
mirum, si is, qui vocē venalem habuerat, ea quæ voce  
quæsiuerat, magno sibi quaestui fore putabat, itaque  
hercule haud mediocriter de communi, quicquid po-  
terat, ad se in priuatam domum seuocabat. quæ in  
re ita diligens erat, quasi ij, qui magna fide socie-  
tatem gererent, arbitrio pro socio condemnari so-  
lerent.

ORATIO

lerent. verum his de rebus non necesse habeo dicere  
 ea, qua me P. Quinctius cupit commemorare. tamen  
 et si causam postulat, tamen, quia postulat, non fla-  
 gitat, prateribo. \* cum annos iam complures societas  
 14 esset, & cum saepe suspectus Quinctio Nevius fuisset,  
 neque ita commodè posset rationem reddere earum  
 rerum, quas libidine, non ratione gesserat: moritur  
 in Gallia Quinctius, cum adisset Nevius, & mo-  
 ritur repentinè. heredem testamento reliquit hunc  
 P. Quinctium, ut, ad què summus mæror moris sua  
 veniebat, ad eundem summus honos quoque perue-  
 15 niret. \* quo mortuo, nec ita multo post in Galliam  
 proficiscitur Quinctius: ibi cum isto Nevio familia-  
 riter vivit: annam serè vna sunt, cum & de societate  
 inter se multa communicarent, & de tota illa ratio-  
 ne atq; re Gallicana: neq; interea verbum vllum in-  
 terposuit Nevius, aut societatem sibi quippiam debe-  
 re, aut privatim Quinctium debuisse. cum ars alieni  
 aliquamulum esset relictum, quibus nominibus pecu-  
 niam Roma curari oporteret: auctionem in Gallia P.  
 hic Quinctius Narbone se facturum esse proseribit ea-  
 16 rum rerum, qua ipsius erant privata. \* ibi tum vir o-  
 ptimus Sex. Nevius hominem multa verbis deterret,  
 ne auctionetur: eum nõ ita commodè posse eo tempo-  
 re, qua proseripsisset, vendere: Romæ sibi nummorum  
 facultatem esse, quam si sciret, communem existi-  
 marer pro fraterna illa necessitudine, & pro ipsius af-  
 finitate: nam P. Quinctij consobrinam habet in ma-  
 trimonio Nevius, & ex ea liberos, quia q; virum bo-  
 nū facere oportebat, id loquebatur Nevius: credidit  
 Quinctius, eum, qui oratione bonorum imitaretur,

facta

facta quoq; imitatur  
 ficit. Roman proseri-  
 fimal Nevius. \* ca-  
 pule dabo fca, per  
 quod libero con dila-  
 quod propter adven-  
 bolis nifi. nifi. quon-  
 bu quiffa quoniam  
 propter neq; nifi. nifi.  
 quod q; ad diciturum  
 fca agbat aut dicitur,  
 fca videretur confili-  
 putat et quon modo in  
 Roma quoniam, fca  
 raturum fca dicitur. fca  
 care videretur dicitur  
 cor mærorum, nifi.  
 nifi. nifi. nifi. nifi.  
 Nevius certum fca  
 fca. \* tunc illa vna o-  
 ut, quod dicitur sem-  
 mas angustia addit  
 tionem in nifi. nifi.  
 fca nifi. nifi. nifi. nifi.  
 societate omnium  
 fca contrarius fca  
 viderimus. Quoniam  
 detur q; dicit fca. nifi.  
 promiffa nifi. nifi.  
 ne venderet, domi-  
 natione illa per dicitur

PROP. QVINCTIO.

facta quoq; imitaturam. auctionem velle facere desistit: Romam proficiscitur: decedit ex Gallia Romam simul Nevium: \* cum pecuniam C. Quinctius P. Scapula debuisset, per te, C. Aquili, decidit & Quinctius, quod liberis eius dissolveret. hoc eo per te agebatur, quod propter arariam rationem non satis erat in tabulis inscriptis, quantum deberetur, nisi a quaestoribus quaesisses quantum solaeretur. decidit, statuit, tu propter necessitudinem, qua tibi cum Scapulis est, quid ijs ad denarium solueretur. \* haec omnia Quinctius agebat auctore. & consuafore Nevio: nec mirum, si eius virebatur consilio, cuius auxilium sibi paratum putabat non modo enim pollicitus erat in Gallia, sed Roma quotidie, simul atq; sibi hic innoisset, numeraturum se dicebat. Quinctius porro istum posse facere videbat: debere intelligebat: metiri, quia causa, cur mentiretur, non erat, non putabat: quasi dominummos haberet, ita constituit Scapulis se daturum. Nevium certiozem facit: rogat, ut curet, quod dixisset. \* tum isle vir optimus (vertor, ne se derideri putet, quod iterum iam dico optimus) qui hanc in summas angustias adductum putaret, ut eum sui conditionibus in ipso articulo temporis astringeret, a se negat daturum, nisi prius de rebus rationibusq; societatis omnibus decidisset, & scisset, sibi cum Quinctio controversia nihil futurum posterius, inquit, ista videbimus, Quinctius: nunc hoc velim cures (si tibi videtur) & dixisti, negat, se alia ratione facturum: quod promississet, non plus sua referre, quam si, cum auctione venderet, domini iussu quippiam promississet. \* desti-

*Quintius Romam*

*Cap. 19. Quod*

*Distributio*

19

20

*ausert,*

*facta*

ORATIO

aufert, in Galliam mittit, ut ea, quae proscrisperat, ven-  
 nirent. deiora tempore absens auctionatur. Scapu-  
 lu difficiliore conditione dissolvit. tunc appellat vltro  
 Neium, v. quoniam suspicaretur aliqua de re fore cō-  
 trouerfiam, videret, ut quam primū, & quam mi-  
 21 nima cum molestia tota res transigeretur. dat iste a-  
 micum M. Trebellium: nos communem necessarium,  
 qui istius domi erat educatus, & quo vrebatur iste  
 plurimum, propinquum nostrum Sex. Alphenū. res  
 conuenire nullo modo poterat: propterea quod hic me-  
 dio crem iacturam facere cupiebat: iste mediocri pre-  
 22 da contentus non erat. itaque ex eo tempore res esse  
 in vadimonium cepit. cum vadimonia saepe dilata  
 essent, & cum aliquantum temporis in ea re esset  
 consumptum, neque quicquam profectum esset: venit  
 ad vadimonium Neuius. Obsecro C. Aquil, vosq, qui  
 adestis in consilio, ut diligenter attendatis, ut singu-  
 lare genus fraudis, & nouam rationem insidiarum  
 cognoscere possitis. ait se auctionatum esse in Gallia:  
 23 quod sibi videretur, se vendidisse: curasse, ne quid sibi  
 societas deberet: se iam neque vadari amplius, neque  
 vadimonium promittere: si quid agere secum velit  
 Quinctius, nō recusare. hic, cum rem Gallicam non cu-  
 pe: et requisere, hominem in presentia non vadatier.  
 ita sine vadimonio disceditur. deinde Romae dies XXX  
 fere Quinctius commoratur: cum ceteris, quae habe-  
 bat, vadimonia differt, ut expeditus in Galliam pro-  
 ficisci posset. proficiscitur. Roma egreditur ante diem  
 24 11. Kalēd. Februarij, Scipione & Norbanio coss. Quo-  
 so, ut eum diem memoria mandetis. L. Albus Sex. fi-  
 lius, Quirina, vir bonus, & cum primis honestus vna  
 profe.

*difficile*  
*fructus*  
*auden*

PROP.

profectus est, cum non  
 que nominatur, non  
 ex Gallia proscrisperat  
 qui ut Romanus veni-  
 rit Quinctius, quod  
 uis esse, non tam  
 tum Neium parum  
 necesse est ab aliis  
 certum est, quod  
 cuncta profectum  
 Quinctius non profectus  
 fectus de iure non  
 pulchritudine  
 na postulare licet  
 militariae  
 vna de iure non  
 facile potest  
 ut quod tenet  
 etiam si veritate  
 non potest  
 affertur  
 se, & profectus  
 Sex. Alphenus  
 propinquum  
 iste probratur  
 rem esse  
 etij consilium  
 facere noluit  
 lum ad  
 & si quid agere

profectus est, cum venissent ad Vada Volaterrana, <sup>tabulae pro</sup>  
 que nominantur, vident per familiarem Neuij, qui <sup>libera memo</sup>  
 ex Gallia pueros venales isti adducebat, L. Publici <sup>de lo.</sup>  
 qui vt Roman venit, narrat Neuij, quo in loco vide- <sup>de iur. iur.</sup>  
 rit Quinctium, quod nisi ex Publicio narratum Ne- <sup>de iur. iur.</sup>  
 uio esset, non tam cito res in contentionem venisset. <sup>de iur. iur.</sup>  
 tum Neuius pueros circum amicos dimittit: ipse suos <sup>de iur. iur.</sup>  
 necessarios ab atrijs Licings, & a faucibus macelli <sup>de iur. iur.</sup>  
<sup>de iur. iur.</sup> corrogat: vt ad tabulam Sestiam sibi adsint hora se- <sup>de iur. iur.</sup>  
 cunda postridie, veniunt frequentes: istificatur iste P. <sup>de iur. iur.</sup>  
 Quinctium non stitisse, & se stitisse, tabula maxima <sup>de iur. iur.</sup>  
 signis hominum nobilium consignatur, disceditur, <sup>de iur. iur.</sup>  
 postulat à Burrino pretore Neuius, vt ex edicto bo- <sup>de iur. iur.</sup>  
 na possidere liceat, insit bona proscribi eius, quicūq̃ fa- <sup>de iur. iur.</sup>  
 miliaritas fuerat, societas erat, affinitas liberis istius <sup>de iur. iur.</sup>  
 viuis diuelli nullo modo poterat. \* qua ex re intelligi <sup>de iur. iur.</sup>  
 facile potuit, nullū esse officium in sanctū, atq̃, solen- <sup>de iur. iur.</sup>  
 ue, quod non auerita cōminuere, atq̃, violare soleat, <sup>de iur. iur.</sup>  
 etonum si veritate amicitia, fide societas, pietate pro- <sup>de iur. iur.</sup>  
 pinquitas colitur, necesse est, iste, qui amicum, sociū, <sup>de iur. iur.</sup>  
 affinem fama ac fortunis spoliare conatus est, vanū <sup>de iur. iur.</sup>  
 se, & perfidiosum, & impium esse fateatur. \* libellos <sup>de iur. iur.</sup>  
 Sex. Alphensū procurator P. Quinctij, familiaris & <sup>de iur. iur.</sup>  
 propinquus Sex. Neuij, deicit: seruulum vnum, quem <sup>de iur. iur.</sup>  
 iste prehenderat, adducit: denunciat, sese procurato- <sup>de iur. iur.</sup>  
 rem esse, istum, equum esse fama fortunūq̃, P. Quin- <sup>de iur. iur.</sup>  
 ctij consulere, & adueniunt eius expectare: quod si <sup>de iur. iur.</sup>  
 facere nolit, atque imbiberit, eiusmodi rationibus il- <sup>de iur. iur.</sup>  
 lum ad suas condiciones perducere, sese nihil precari, <sup>de iur. iur.</sup>  
 &, si quid agere velit, indico defendere. \* Hac autē Ro- <sup>de iur. iur.</sup>

tan inquis rationibꝫ apud se non curare. <sup>ma</sup>



inter ea, dicitur a iudice & c. ut  
C. agror. c. omni a seruis  
C. Aquili. id. mo  
sufficit. si hoc q. per literas  
dicitur. a quo ordinis factum  
est. P. Prætor Quintius,  
ad C. Flaccum im  
provincia: quem, ut ipse  
nemo, si eam ven  
dendam putaverit, ex dote  
Alphoni inter ea Rome  
erat: quod capere petere  
ut procurator iudica  
Alphoni, equum esse pro  
saturare non deberet, si  
quibus cum esset cer  
tamen descendit, ut iu  
Alphoni promitte  
d. a. Antonianum fuit se  
p. expulso, expulso, ere  
patre: quæ sit, dicitur  
iudici: a Cn. Dolabella  
Quintius iudicium  
id ab eo petat, cuius ex  
des XXX. possessa sint.  
in ea saturare iuberet,  
decernit: quam equum  
hoc ipse tacuisse  
quæ intelligere potu  
saturare, aut sponsonem  
cum

PRO P. QVINCTIO.

cum Sex. Nevio facere, ut bona sua ex edicto P. Bur  
riensis pratoris dies XXX. possessa essent recu(ab)ant, qui  
aderant tum Quintio: demonstrabant, de re iudicium  
fieri oportere: ut aut vterq. inter se, aut neuter satu  
daret: non necesse esse famam alterius in iudicium ve  
nire clamabat porro ipse Quintius sese idcirco nol  
le saturare, ne videretur iudicasse, bona sua ex edicto  
possessa esse: sponsonem porro si istiusmodi faceret, se,  
id quod nunc evenit, de capite suo priore loco causam  
esse dicturum. Dolabella (quem admodum solent ho  
mines nobiles: seu recte seu perperam facere cœperunt,  
ut in viros excellunt, ut nemo nostro loco natus as  
sequi passus) iniuriam facere fortissimè perseverat:  
perseverat: aut saturare, aut sponsonem iubet facere,  
inter ea recusantes nostros aduocatos acerrimè  
submoveri. cœtur bar. sane descendit Quintius: neq.  
mirum, cui hæc optio tam misera, tamq. iniqua daretur,  
ut aut ipse se capitis damnaret, si satis dedisset, aut  
causam capitis, si sponsonem fecisset, priore loco di  
ceret, cum in altera re cause nihil esset, quin sacus iu  
dicaret ipse de se, quod iudicium grauissimum est: in  
altera spes esset ad talem tamen virum iudicem, ve  
niendi, vnde eod. plux opis auferret, quod minus atrollis  
set gratia. sponsonem facere maluit: fecit: et iudicem,  
C. Aquili, sumpsit, ex sponso egit. in hoc summa iu  
dicij, causaq. tota consistit. iudicium esse, C. Aquili,  
non de re pecuniaria, sed de fama sortitur q. P. Quin  
ctij vides. cum maiores ita constituerint, ut qui pro  
capite diceret, in posteriore loco diceret: nos, inaudita  
criminationis accusatorum, priore loco causam dicere  
intelligis: eos porro, qui de sedere consuevit, vides ac  
cusare,

Hæc  
32  
33  
proponit  
articul  
noni  
propelata

ab m. p. a.

dilemma  
commisur  
ea



# Mosche la schandel  
 PROP. QVINCTIO.

re possis, quibus de rebus auditurus sis. \* Nega- 36  
 mus, te bona P. Quinctij Sexre Neui possedisse ex edi-  
 cto Pratoris in eo sponso facta est. ostendam, primiti,  
 causam non fuisse, cur à Pratore postulares, vt bona  
 P. Quinctij possideres: deinde, ex edicto te possidere nõ  
 potuisse postremò, non possedisse. Quaso C. Aquili, vos  
 que qui estis in consilio, vt, quid pollicitus sim, dili-  
genter memorie mandetis: etenim rem facilius to-  
tam accipietis, si hac meminertis: & me facile vestra  
existimatione reuocabitis, si extra hos cancellos egre-  
di conabor, quos mihi ipse circūdedit. Nego fuisse cau-  
sam, cur postularer: nego ex edicto possidere potuisse:  
Nego possedisse, hac trisa cum docuero, perorabo. Non 37  
fuit causa, cur postularer: qui hoc intelligi potest?  
quia Sex. Neui neque ex societatis ratione, neque  
privatim quicquam debuit Quinctius, qui huius rei  
testis est: idem, qui acerrimus aduersarius, in hac re  
te in quã testem Neui citabo, annum, & eo diuti-  
us post mortem C. Quinctij fuit in Gallia tecum si-  
mul Quinctius, doce, te petisse ab eo istam nescio quã  
annumerabilem pecuniam, doce, aliquando mentio-  
nem fecisse, dixisse, deberi debuisse concedam \* mori 38  
tur C. Quinctius, qui tibi, vt ais, certis nominibus  
grandem pecuniam debuit: Perexius P. Quinctius  
in Galliam ad te ipsum venit, in agrum commune,  
ea demique, vni non modò reserat, sed ratio quoque om-  
nis, & omnes lraera, quis tam dissolutus in re fami-  
liari fuisse, quis tam negligens, qui cum tui, Sexte  
dissimulu, qui cum res ab eo, quicquid contulerat, in  
se, per, ad heredem peruenisset, non heredem, cum  
primum vidisset, certiore faceret? appellan eicitatio-  
nem af-

Handwritten notes and a drawing of a face in the right margin.

Handwritten marginal notes on the left side of the page.



set, vt fuit Sex. Neuius? cum hominem nomino, satis  
 mihi videor dicere. \*debit tibi C. Quinctius, nun-  
 quam petisti. mortuus est ille: res ad heredem venit.  
 cum eum quotidie videres, post biennium deniq; ap-  
 pellas dabitur, vtrum sit probabilis, Sex. Neuiū  
 statim, si quid deberetur, petiturum fuisse, an ne ap-  
 pellaturum quidem biennio? appellandi tempus non  
 erat: at tecum anno plus vixit. in Gallia agi non po-  
 tuit: at & in prouincia ius dicebatur. & Roma iudi-  
 cia fiebant. restat, vt aut summa negligentia tibi ob-  
 stiterit, aut vnica liberalitas. si negligentiam dices,  
 mirabimur: si bonitatem, ridebimus: neque preterea  
 quid posse dicere, inuenio. Satis est argumenti, nihil  
 esse debitum Neuiō, quod tūc dū nihil petiuit: quid,  
 si hoc ipsum, quod nunc facit, ostendo testimonio esse,  
 nihil deberi? quid enim iam nunc agit Sex. Neuius?  
 qua de re controuersa est? quod est hoc iudicium, in  
 quo iam biennium versamur? quid negotij geritur,  
 in quo ille tot & tales viros defatigat? pecuniam pe-  
 tit: nūc deniq; veruntamen petiri audiamus. \*de ra-  
 tionibus & controuersis societatis vult diiudicari.  
 seruo: et ūm aliquando iam concedamus. Non, in-  
 quit, id ago C. Aquili, neque in eo nunc laboro pecu-  
 nia mea tot annos vititur P. Quinctius. vtatur sane  
 non peto. quid igitur pugnas? an, q; saepe multu mi-  
 cū dixisti, ne in ciuitate sit? ne locū suū, que adhuc  
 honestissimè d. fedit, ob: in ea? ne numeretur inter vi-  
 mos? decernat de vita, & ornāmentis suis omnibus? ap-  
 pud iudicē causā priore loco dicat? & eā cūm pero-  
 rarit, tū deniq; vocē accusatoris audiat? quid? hoc quod  
 pertinet? vt oculus ad tū peruenias? at, si id velles, iam

ORATIO

44 *non ad p.* pridem actū esse poterat? ut honestiore iudicio cōsi-  
derare? at sine summo scelere P. Quintium, propinquū  
zuum, iugulare non potes ut facilius iudiciū sit? at ne-  
que C. Aquiliū de capite alterius libenter iudicat: &  
Q. Hortensius contra caput nō didicit dicere. Quid à  
nobis autē C. Aquiliū refertur? pecuniam petis: nega-  
mus deberi: iudiciū fiat statim: nō recusamus: nū quid  
præterea? si veretur, ut res. iudicio facta, parata sit,  
iudicatū solus satis accipiat. quibus à me verbis satis  
accipiet, isdē ipse, quod peto, satūdet. Actū iā potest  
esse C. Aquili: iā tu potes discedere liberatus: nō desis

45 *repetitio* *consequens* *causa conglobata*  
propē dicā nō minore, quā Quintiū. \* quid agimus  
Hortensius? quid de hęc cōditione dicimus? possumus a-  
liquando, depositis armis, sine periculo fortunariū, de  
re pecuniaria disceptare? possumus ita rē nostrā perse-  
qui, ut hominū propinquū caput incolume esse patia-  
mur? possumus petitoris personam capere, accusatoris  
deponere? immō, inquit, abs te satis accipiam: ego au-  
tem tibi nō satis dabo. Quis tandem nobis ista iura tā  
æqua describit? quis hoc statuit, quod aquū sit in quin-  
ctium, id iniquum esse in Neuum? Quintiū bona,  
inquit, ex edicto Pratorū possessa sunt. ergo id ut cōsi-  
tear, postulas: ut, quod nunquam factū esse iudicio de-  
fendimus, id perinde quasi factū sit, nostro iudicio cō-

46 *repetitio* *consequens* *causa conglobata*  
firmemus. \* Inueniri ratio C. Aquili non potest, ut ad  
suum quisq, quamprimum sine cuiusquā dedecore,  
infamia, perniciēq, perueniat? proficito si quid de-  
beretur, peteret: non omnia iudicia fieri mallet,  
quā vnum illud, vnde hæc omnia nascuntur. qui  
inter tot annos ne appellarit quidē Quintiū, cū po-  
testas esset agendi quotidie: qui, quo tēpore malē a-  
gere

PROP.

gere cepit, in vultum  
confundere: quipote  
fecit, hinc per  
qui curi de re agitur,  
proponere de proli  
tetur ad id iudicium  
dicitur acquisitionem  
curiam, sed vultum  
Lam dicit: nō si quid  
satis prædicitur  
de tam invidiosū  
tunc vultum per  
vultum, magis quā  
exprobratio est:  
dicitur tamē  
mandatū fieri: actus  
finitur perit  
vultum, ut hinc dicitur  
colat: quæ hinc  
neat vultum & cū illi  
que impudens vultum  
vultum alit C. Aquili  
maior legat  
erat, colligat  
vultum. Quis  
à pratorū possidet  
id quidem cui  
gitur de vultum  
antequā dicitur  
lex effugit rationem  
infamiam, & cū

PROP. QVINCTIO.

gere cepit, in vadimonij differendis tempus omne  
 consumserit: qui postea quam vadimonium missum  
 fecerit, hanc per insidias vi de agro comuni deiecerit:  
 qui cum de re agendi, nullo recusante, potestas fuisset,  
 sponsonem de probro facere maluerit: qui, cum reuo-  
 cetur ad id iudicium vnde hac nata sunt omnia, co-  
 ditionem equissimam repudiet: fateatur, se non pec-  
 uniam, sed vitam & sanguinem petere, is non pa-  
 lam dicit: mihi si quid deberetur, peterem, atq; ad e-  
 iam pridem abstulisset: nihil hoc tanto negotio, ni-  
 hil tam inuidioso iudicio, nihil tam copiosa aduoca-  
 tione vterer, si petendum esset: extorquendum est in-  
 uito, atq; ingratis, quod non debet, eripiendum, atque  
 exprimentum est: de fortunis omnibus P. Quinctius  
 detur bandus est: potentes, discreti, nobiles omnes ad-  
 uocandi sunt: adhibenda vultus est veritas: inna ia-  
 fientur: pericula intendantur: formidines opponan-  
 tur, ut his rebus aliquando victus, & perterritus ipse  
 cedat: quae me hercule omnia, cum, qui contra pug-  
 nent, video, & cum illi confesum considero, adesse, at-  
 que impendere videntur, neq; vitari vilo modo posse. cum  
 autem ad te, C. Aquili, oculos, animumq; retuli, quo  
 maiore conatu studioq; aguntur, eo leuora, infirmi-  
 oraq; existimo. Nihil igitur debuit, ut tu ipse pra-  
 duas. Quid si debuisset? continuone causa fuisset, cur  
 a praetore postulares, ut bona possideres: non opinor  
 id quidem vis esse, neque cuiquam expedire. Quid i-  
 gitur demonstrat? vadimonium sibi aut esse dejectum,  
 antequam doceo id factum non esse, libet mihi C. Aquili  
 ex officij ratione, atque ex omnium consuetudine re-  
 ipsam, & factum simul Sex. Neuij considerare. Ad va-

*ad prima causam publica*  
*47 ab edina*  
*repetita*  
*Propoia*  
*similiter*  
*atque*  
*48 arbitrat*  
*ab abitur*  
*ab antea*  
*seposita*  
*ab aduocato*  
*quoniam*

*videtur non defunctis probat ab a.*  
GRATIO

demonium non venerat, ut ai, is, quicum tibi af-  
finitas, societas, omnes denique caussa, & necessitudi-  
nes veteres intercedebant: illic ne ad pratorē ire con-  
uenit? continuōne verum fuit postulare, ut ex edicto  
bona possidere liceret? ad hac extrema, & inimicissi-  
ma iura tam cupidē decurrebas, ut tibi nihil in po-  
sterum, quod grauius, atque crudelius facere posses,  
49 reseruares? nam quid homini turpius, quid viro mi-  
serius, aut acerbius vsuvenire? quod tantum euenire  
dedecus? quare ita calamitas inueniri potest? pecuni-  
am si cuspiam fortuna ademit, aut si alicuius eripuit  
a contrariis iniuria, tamen, dum existimatio est integra facile so-  
latur honestas egestatem. at non nemo aut igno-  
minia affectus, aut iudicio turpi cōiunctus, bonis qui-  
dem suis vititur, alterius opes, id quod miserum est,  
non expectat: hoc tamen in miseris adiumento, &  
solatio subleuatur: cuius verò bona venterunt, cuius  
non modo illa amplissima fortune, sed etiam victus,  
vestitusq; necessarius sub pracone cum dedecore sub-  
iectus est: non modo ex numero viuorum exturba-  
tur, sed, si fieri potest, infra etiam mortuos amanda-  
tur: etenim mors honesta saepe vitam quoque turpem  
exornat: vita turpe ne morti quidem honeste lo-  
50 cū relinquit. \* ego hercule cuius bona ex edicto pos-  
sidentur, huius omnia fama, & existimatio cum bo-  
nu simul possidetur: de quo libelli in cel: be: rimo lo-  
cis proponuntur, huic ne perire quidem certē, taci-  
tē, obscureq; conceditur, cui magistri fiunt, domini  
constituuntur, qui qual. g. & qua cōditione percat,  
pronūciant: de quo homine praconis vox praedicat, &  
pratiū cōficit, huic acerbius viuo, videmig; funus  
dicitur:

PROB

dicunt si form il  
veniant ad exequa  
placet, si carni  
stratenda. \* naq  
voluerat, pro  
nerunt, non bon  
vindo postea non  
istuc delectand  
tu vultuq; de  
deat eum, quid  
solere, inuener  
na proficere, su  
qui bene vult: m  
cum posse potest  
tacet, vultuq; h  
tine aut affici  
inimicissim  
matione, & com  
iphi nihil alteri  
sare innumerat  
non vult, quod  
sone videretur  
nomine las, vult  
socio, etiam gra  
qui cum in aut  
sunt: sic ad vult  
tibi praeste semp  
missi, ut vultu  
parat a sunt in  
fratū addidit, fuer  
Neu si so parat

probat ab ad.  
TIO

PROP. QVINCTIO.

ducitur: si funus id habendum sit, quod non amici conueniunt ad exequias cohonestandas, sed honoru emprores, vt carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas. itaque maiores nostri raro id accidere voluerunt, pretores, vt consideratè fieret, comparauerunt. viri boni, cum palam fraudantur, cum experiundi potestas non est, simidè tamen & pedecentim istuc descendunt, vt ac necessitate coacti, inuiti, multis vadimonij desertu, sepe illi, si, ac destituti: considerant enim, quid & quantum sit, alterius bona proscribere. iugulare ciuem, ne iure quidem quisquã bona proscribere. iugulare ciuem ne iure quidem quisquã bonus vult: mauult enim commemorare, se, cum posset perdere, pepercisse, quã, cum parcere potuerit, perdidisse. hac in homines nulla secum cognatione aut affinitate conuictos, alienis viros, d. n. g. inimicissimos, viri boni faciunt, & hominum ex stimulationis, & communis humanitatis causa, vt, cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint, nihil ipsis iure incommodi cadere possit. ad vadimonium non venit: qui propinquus. si res ista grauisima sua sponte videretur, tamen eius atrocitas nec similitudinis nomine leuaretur. ad vadimonium non venit: qui socius. etiam grauis aliquid ei deberes concedere, qui cum te aut voluntas congregasset, aut fortuna coniunxisset. ad vadimonium non venit: qui is, non, qui tibi praesto semper fuit. ergo in eum, qui semel hoc commisit, vt tibi praesto non esset, omnia tela coniectis, quae parata sunt in eos, qui per multa malè agendi causa fraudãdiq, fecerunt: si dupodius vnus agretur. Sex. Neui, si in paruula re captiõis aliquid vererere, non

Doct

Siue

3

vt ai, u, quicum tibi q.  
mque causa, & postulat.  
sicut ad praetore con-  
suetudine, vt ex illis  
extrema, & inimiciss.  
rebus, vt tibi nihil in pe-  
sunt et vultum facere possit.  
mum tunc, quod vero mi-  
nare quod tantum tueri  
in inueniri potest? pecuni-  
munt, aut si aliquis eripuit  
matus est integra fecit co.  
at non nemo aut igno-  
tari potest, bonus quid-  
am, id quod miserum est,  
in miseriam adueniente, &  
et bona venderunt, cuius  
fortuna, sed etiam vultus,  
omni cum dedecore sub-  
merno vultum exturba-  
etiam in tuos amada-  
sepe vitam quoque turpem  
meriti quidem honeste lo-  
de cuba bonæ edicto pos-  
ta. & ex illi in aia cum bo-  
na libelli in cel. de rimu lo-  
ne perire quidem certè, taci-  
tus magistri sunt, domini  
& quia cõditore percat,  
que per eorum vox praedat, &  
in omni vna, vademio, funus  
dicitur:

ORATIO

statim ad C. Aquiliū, aut ad eorū aliquē, quē consu-  
 lumur, concurrisses? cū ius amicitia, societas, affi-  
 nis atis ageretur: cū officij rationem atq; existimatō-  
 nis duci conveniret, eo tempore tu non modō C. Aquī-  
 lium, aut L. Lucullum, sed ne ipse quidē te cōsuluis-  
 sed ne ipse quidem ad te retulisti: ne hac quidem tecū  
 locutus es: hora duæ fuerunt: Quinctius ad vadimonium  
 nō venit. Quid ago? si me hercule hac tecum duo ver-  
 ba fecisses, quid ago? respirasset cupiditas, atq; avari-  
 tia paululum: aliquid loci rationi & consilio dedis-  
 ses: tu te collegisses: nō in eam turpitudinem venisses,  
 ut hoc tibi esset apud tales viros consistendum, qua tibi  
 vadimonium non sit obitum, eadem te hora consi-  
 lium cepisse, hominis proinquinatū fortunā sandius e-  
 54 uertere. \* ego pro te nūc hos consulo post tempus in a-  
 lienare, quos tu in tua re, cū tempus erat, consulere  
 oblitus es. quero abs te C. Aquili, L. Luculle, P. Quin-  
 cti, M. Marcelle, vadimonium mihi non obijt quidā  
 socius & affinis meus, quicum mihi necessitudo ve-  
 tus, controuersia de re pecuniaria recens intercedit.  
 postulōne à Pratore, ut eius bona mihi possidere lice-  
 at? an cū Roma domus eius, vxor, liberi sint, domū  
 potius denunciem? quid est, quod hac tandem de re  
 vobis possit videri? profecto, si rectē vestram bonitatē,  
 atque prudentiam cognoui, non multum me fallit, si  
 consulamini, quid sitis responsuri, primum expecta-  
 re: deinde, si latitare, ac diutius ludificare videatur,  
 amicos conuenire: querere, quis procurator sit: domū  
 denunciare, dici vix potest, quā multa sint, que re-  
 spondeatis antē fieri oportere, quā ad hanc rationē  
 55 extremā ac necessariam deuenire. \* quid ad hac Ne-  
 uis?

uius? ridet scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officij desideremus. & instituta bonorum virorum requiramus. quid mihi, inquit, cum ista summa sanctimonia, ac diligentia? viderint ista officia viri boni: de me autem ita considerent, non quid habeam, sed quibus rebus inuenerim, quærat, & quæ admodum natus, & quo pacto educatus sim, memini. *valerij*  
vetus est de scurra, multo facilius diuitem, quam pa-  
tre familias fieri posse. \* hec ille si verbis non audet, *g. g. d. ab*  
*g. g. g. g. g.*  
 re quidem vera palam loquitur. etenim si vult viro-  
 rum bonorum instituto viuere, multa oportet, discat,  
 atq; dediscat: quorum illi atati vt vult, difficile est.  
 Non dubitauit, inquit, cum vadimonium desertum  
 esset, bona proscribere. improbe: verum, quoniam tu  
 id tibi arrogas & concedi postulas, concedamus: quid, *ag. g. d. ab*  
 si nunquam deseruit? si ista causa abs te tota per se  
 mam fraudem, & malitiam ficta est? si vadimonium  
 omnino tibi cum P. Quinctio nullum fuit, quo te no-  
 mine appellemus? improbum? at, etiam si desertum  
 vadimonium esset, tamen in ista postulatione, & pro-  
 scriptione bonorum improbissimum reperiebatur. ma-  
 litiosum? non negas. fraudulentum? iam id quidem  
 arrogas tibi, & præclarum putas. audacem? cupi-  
 dum? perfidiosum? vulgaria, & obsoleta sunt, res au-  
 tem noua, & inaudita. \* quid ergo est? vereor me *id.*  
 hercule, ne aut grauioribus vtat verbis, quam natu-  
 ra fert, aut leuioribus, quam causa postulat. An esse  
 vadimonium desertum. quasi ut a te statim, vt Ro-  
 mam redijt, Quinctius, quo die vadimonium istuc  
 factum esse diceres. respondisti statim, nonis Februa-  
 rij. discedens in memoriam redijt, Quinctius, quo

ORATIO

die Roma in Galliam profectus sit: ad Ephemeridens  
 reuertitur: inuenitur dies profectiois, pridie Kalē.  
 Februarij, nonis Februar. si Roma fuit, caussa nihil

58 dicimus, quin tibi vadimonium promiserit. \* quid?  
 hoc inueniri qui potest? profectus est vnā L. Albius,  
 homo in primis honestus: dicit testimonium. profecti  
 sum familiares & Albi, & Quinctij. dicent hi quę-  
 que testimonium. litera P. Quinctij, testes tot, qui-  
 bus omnibus caussa iustissima est: cur scire potuerint,  
 nulla eorum mentitur, cum ad stipulatore tuo compa-

59 rabuntur. \* & in hac eiusmodi caussa P. Quinctius  
 laborabit? & diutius in tanto metu miser periculog,  
 versabitur? & vehementius cũ gratia aduersarij per-  
 terrebis, quam fides iudicij consolabitur? vixit enim  
 semper inculte, atque horride: natura tristi, ac reco-  
 dita fuit: non ad solatium, non in campo, non in con-  
 uuijs versatus est: id cepit, vt amicos obseruantia, &  
 parsimonia retineret: antiquam officij rationem di-  
 lexit, cuius splendor omnia his moribus obsoleuit. at

si in caussa pari discedere inferior videretur, tamen  
 esset non mediocriter conquerendum. nunc in caussa  
 superiore, ne par quidem sit, postulat: inferiorem se  
 esse paritur, dum axat vsque eo, ne cum bonis, fama,  
 fortunę, omnibus Sex. Neui cupiditati crudelita-

60 rię, dedat. \* Docui, quod primum pollicitus sum,  
 C. Aquili, causam omnino, cur postularer, non fuisse:  
 quod neque pecunia deberetur, & si maxime debere-  
 rur, commissum nihil esset, quare ad istam rationem  
 perueniretur. Attende nunc, ex edicto pratoris, bona  
 P. Quinctij possideri nullo modo potuisse. recita edi-  
 ctum: **QVI FRAVDATIONIS CAUSSA**

LATI-

*amph' a com  
 plama: m: m:  
 et m: m:*

*Amph'io*

PRO P  
 LATITARI. mo  
 tem, qui ad togam  
 profectus. C.  
 BIT. nec quidam.  
 SOLVM PERT  
 citur, quod videri  
 IVDICIO DE  
 que tempore exiit  
 Quinctiam desinat  
 letas, vt bona possi  
 quisquam dicitur  
 quosquam accitit  
 et si non fieri in  
 defendendo praece  
 scribitur. ergo si  
 Albius: qui prae  
 ad praeceatere facit  
 dende facti consue  
 berit in publico, ce  
 phera, vt in adere  
 Quinctiam. Vt  
 diligencia officium  
 curat: quae. va  
 gatur iudicium  
 absente desinat  
 praeceatere videri  
 tem, huiusmodi  
 quidam dicitur  
 Rom. locuples,  
 quosies Neuius  
 rum Roma et glo

PRO P. QVINCTIO.

LATITARIT. non est is Quinctius : nisi si latit-  
 rant, qui ad negocium suum, relicto procuratore,  
 proficiuntur. CUI HERES NON EXT A-  
 BIT. ne eis quidem. QVI EXVLII CAVSSA  
 SOLVM VERTERIT. Hoc à Neuius non obji-  
 citur, quod videt esse falsum. QVI ABSENS  
 IVDICIO DEFENSVS NON FVERIT.  
 quo tempore existimas oportuisse Neuius absentem  
 Quinctium defendi? aut quo modo? tum, cum postu-  
 labas, vt bona possideres? nemo affuit : neque enim  
 quisquam diuinare poterat repositulaturum: neque  
 quenquam attinebat id recusare, quod prator ex edi-  
 cto suo non fieri iubebat. \* qui locus igitur absentis <sup>61</sup>  
 defendendi procuratoris primus datus est? cum pro-  
 scriberas, ergo affuit, nō passus est, libellos deiecit Sex.  
 Alphenus : qui primus erat officij gradus, seruatus est  
 à procuratore summa cum diligentia. Videamus, quae  
 deinde sint consecuta. Hominem P. Quinctij depre-  
 hendis in publico, conaris abducere, non patitur Al-  
 phenus, vi tibi ademit, cur at vt domum reducat ad  
 Quinctium. hic quoq; summe constat procuratoris  
 diligentis officium, debere tibi dici Quinctium: pro-  
 curator negat. vadari vñ: promittit: in ius vocas: se-  
 quitur iudicium postulas: non recusat. quid aliud fit <sup>procurator  
 ex falsis</sup>  
 absentem defendi, ego non intelligo. \* at quis erat <sup>62</sup>  
 procuraor? credo aliquem eiectum hominem, egen-  
 tem, litigiosum, improbum, qui posset scurræ diuitis  
 quotidianum conuicium sustinere: nihil minus, eques  
 Rom. locuples, sui negocij bene gerēs, deniq; is, quem,  
 quoties Neuius in Galliam profectus est, procurato-  
 rem Roma reliquit. & audes, Sex. Neui, negare ab-  
 sentem

ORATIO

sentem defensum esse Quinctium, cum eum defende-  
 rit, idem, qui te solebat? & cum in iudicium acceperis  
pro Quinctio, cui tu es rem & samam tuam comenda-  
 re proficiscens, & cedere solebas, conaris hoc dicere,

63 neminem extirpasse, qui Quinctium iudicio defende-

*Alphenus*

labas. ita habebare. recusabat Alphenus. ita verum  
 Prator decernebat. Tribuni igitur appellabantur. hic  
 te, inquit, teneo. non est istud iudicium pati, neq; iu-

*non probat  
 quod debet  
 appellari  
 Tribuni. in causa  
 ista quia*

dicio defendere, cum auxilium a Tribunis petas. Hoc  
 ego, cum attendo qua prudentia sit Hortensius, di-  
 cturum esse eum non arbitror: cum autem antea dix-  
 isse audio, & causam ipsam considero, quid aliud di-  
 cere possit, non reperio: fateatur enim libellos Alphe-  
 num deiecisse, vadimonium promisisse: iudicium quin  
 acciperet in ea ipsa verba, qua Neuius edebat, non re-  
 cusasse, cum satis dare iuberetur, recusasse, ita tamen  
 more & instituto per eum Magistratum, qui auxilij

64 causa constitutus est, \* aut hac facta non sint, necesse  
 est, aut C. Aquili, talis vir iuratus hoc ius in ciuitate  
 constitutum, cuius procurator omnia iudicia acceperit,  
 que quisque in verba postulare: cuius procurator a  
